fatalis Iuris dilatione Terrestri bellj, Conventioneq(ue) ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensionibus non subterfugiens, nec modo alio quovis evadendo. Atque sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Drohoiowska Stoinskiemu Condescendit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosa Zuzanna de Iaskmanice Generosi Ioannis à Drohoiow Drohoiowski Censoris Terrae olim vero Generosi Raphaelis Iaskmanicki Soror germana, et Successrix Legitima cum eiusdem Mariti sui, Viri Tutoris Coniugalis personali assistentia et Ultroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu. Sana mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq(ue) suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesentis vero Castrensis Capitanealis Premisliensis Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis in omnibus, totaliter ac plenarie incorporans atq(ue) subijciens palam, libere, publice ac expresse recognovit. Quia ipsa de omni et integro Iure suo infradicto videlicet de Summa Decem Millium florenorum polonicalium eidem olim Generoso Raphaeli Iaskmanicki, suo Germano Fratri germano per Magnificum Andream de Dobrowica Firlej Castellanum Belzensem modo simplicis Debiti, coram Actis Castrensibus Capitanealibus Grabovecensibus super bonis suis Hrebtitany ad Sluzens assecurata in se vero Legitimam Iure Divino et naturali Successione devoluta, nec non de eadem ipsa Inscriptione Debitorea Castrensi Grabovecensi suo in tenore de praemissis Lationi: atq(ue) de processu ipso ratione non solutionis Summae eiusdem Decem Millium florenorum polonicalium per Successores praefati Generosi Raphaelis Iaskmanicki sive contra praefati

Magni

141

Magnifici Castellani Betzen ad quoduis Iudicium et Officium Regni instituto et intentato, ipsaque pæna Banitionis eiusque publicatione ea in Causa obtenta. Cum omnibus praemissorum Iure proprietate Competentiaque et Praerogativa quamcunque omnibus et singulis Inscriptionis praedictae Castren Crabouecen Debitoribus praecipuis atque Iuris praesens cessi Conditionibus, punctis, clausulis Articulis, Vadiis, Ligamentis ac nexibus quibus Universis, Summa quoque Mrata Decem Millium florenorum polonicorum Utilitatibus, fructibus, commodis emolumentis obventionibus attinentiysque et pertinentiys generaliter Universis. Nihil ex praemissis Iuris, proprietatis ac cuiusuis Competentiae et praerogatiuae pro se Agente suisque successoribus, aut alio quopiam reservando seu excipiendo verum prout praemissa omnia et singula ipsammet Agentem concernebant, ac eid Agenti serviebant, Iam ex nunc et defacto Generoso Marco Stoinski Tribuno Lubacouien Vicecapitaneo Crabouecen eiusque posteris (: accepta ab ipso pro praemissis omnibus plenaria et Sufficienti satisfactione.) Cessit et condescendit prout cedit et condescendit praesens omneque et integrum Ius suum, sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem Generosi Cessionarij sui et ipsius Successorum totaliter et plenarie transtulit, transfudit et incorporavit, prout transfert, transfundit et incorporat praesens. Per ipsius Generosi Marcum Stoinski Tribunum Lubacouien Vicecapitaneum Crabouecen Cessionarium suum et ipsius Successores hoc idem Ius praesens

cessum

cessum Summamq Suptam praesens per se Regentem abscessam, cum Vniversis ijs Utilitatibus et Vsufructibus Competentijsq et Praerogativa quavis tenendi, habendi et possidendi illiusq quiete et pacifice utifruendi Summam praefatam Decem Millium florenorum polonicorum praesens per se Regentem transfusam tollendi Levandi et percipiendi, de Levata et percepta quietandi pro eademq si non fuerit persoluta Iure agendi, processum eius Iudicium continuandi et ad debitum Executionis finem deducendi, permissaq omnia tanquam sua propria praesens abscessa ad suos et suorum Successorum quosvis beneplacitos Vsusfructus libere et effectualiter convertendi Iuris praefati originalis ea omnia latius in se complectentis praesentisq cessi et transfusi vigore.

Stoinski Drochoiowskim Coniugibus Roborat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Generosus Marcus Stoinski Tribunus Lubaczoviensis Vicecapitaneus Grabovecensis sanus mente et Corpore existens, a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et Competentibus recedendo praesentis vero Castrensis Capitaneatus Premisliensis Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque subijciens, palam, libere, publice ac expresse recognovit. Quia ipse se ac suos Successores in et super bonis suis quibusvis omnibus summisq pecuniarijs quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat praesens. Scriptum certum Manuale per se Recognitum, in rem et manus Generosorum Ioannis à Drohoiow Drohoiowski et Zuzannae de Sashmanice Coniugum Simorum, racione certarum rerum et Condicionum, in eo